170

G

8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

~~Gt.~~ 170
G 8

GW. 484
CA. 52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

prorsus iisdem typis quibus
excusum est a Rud. Langii
expeditione urbis Hierosolimitanae
Daventriae (Sive A°) ut volunt circa 1480
Jacobus de Breda
Vid. Composita Verborum

(na 1485)

Mauritius Comes Spiegelberge is in
1485 gestorven.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Rodolphi Agricolae
Anna mater incipit.

Anna parēs ſūmae genitrix venerāda parētis:
Quae pādis populis prima ſalutis iter.
Atqʒ patris matrem: cuius quē non capit orbis:
Ipſe libens ſubijt viſcera caſta deus.
Te cano. tu ſancti poſco mihi carminis hauſtus
Ingere voce ſacra pectora noſtra rigās.
Aſt mihi ſi centum ſint vno pectore mentes.
Et totidem linguas. tot moueam qʒ ſonos:
Nulla tamē te digna queam praeconia laudum
Dicere. nec meritis te cecinisse modis.
Exuperat quoniā mortalis carmina laudis
Virtus: qua ſuperas ſidera ſumma poli.
Gloria maior ⁊ haec: cui nō certauerit vlla:
Quam tibi prae cunctis filia clara tulit
Filia: qua maius nihil eſt melius ve creatū
Germine mortali. filia virgo parens.
Filia: quae ſūmo potuit deducere coelo.
Corporis ⁊ noſtri claudere veſte deum.
Quam qʒ vocat matrem ſūmi ſapiētia patris:
Et matrem trepidi nos miſerū qʒ genus:
Natus ab hac ille eſt. ⁊ matrem nat⁹ honorat.
Audit ⁊ humanas hac perhibente preces.
Anxia quā nunq̄ miſeroꝝ vota fatigāt.
Sed placidam moeſtis porrigit vſqʒ manū.
Hanc qʒ petit ſibi ſpem: cui nil ſperare relictū eſt.
Hāc portum medio naufraga turba mari.
Viſcerib⁹ parta eſt haec āna tuis. ⁊ ouanti
Gaudia magna patri. gaudia fert qʒ tibi.
Vt qʒ futura fuit: quae poſt ſuſpiria riſum.
Gaudia poſt lachrimas. laeticiā qʒ daret:

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Nata ſtatim meruit ſic exhilarare parentes.
Auſpicium qꝫ ortus gaudia ferre ſui.
Scilicet iſtud erat: quur ſpes dilata parentum
Torqueret cupidos per ſua vota diu.
Coelitus ⁊ fruſtra tribui ſibi ſaepe rogarent
Prolem. nec poſſent flectere vota deum.
Jam ſinerent qꝫ preces. iã triſtia pectora moerorẽ:
Et deſperantum clauderet ora dolor.
Iſtud erat: laeta caperent quo munera mente.
Difficili qꝫ foret gratia plena bono.
Quod venit ex facili: faciles ſegnes qꝫ tenemus.
Quod ſpe. quod qꝫ metu torſit: habere iuuat.
Quin decuit tantum longa expectatio partum.
Et magnam magnas anteuenire notas.
Ergo bonus ioachim ſteriles quum degeret ãnos.
Atqꝫ foret ſuperum munere prolis egens:
Forte pios venit: templis vt ferret honores.
Et ſibi placaret victima caeſa deum:
Protinus horrendum verbis ⁊ voce ſacerdos
Intonat. ⁊ ſacris iuſſit abire locis.
Ocius heus inquit: procul hinc procul eſto ꝓfane.
Neu te grata deo munera ferre putes.
Nec mihi credideris. deus eſt: cui credere debes.
Ille tuas clauſa renuat aure preces.
Ni faceret: pridem coniūx tua feta fidelem
Augeret populum munere laeta dei.
Nunc neqꝫ prole iuuas gentẽ. benedictio nec te
Sacra dei tangit. tu quoqꝫ cede ſacris
Cede ſacris. aras domĩs nec pollue ſpretis:
Quae neqꝫ grata deo. nec mihi grata dabis.
Dixerat antiſtes. ioachim nihil hiſcere contra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Sed rubet. ⁊ moeſtum fert celer inde gradum.
Inq; ſalutatam vitae thalami q; ſodalem
Linquens alta gregum paſcua ſaxa petit:
Paſtorum qua fida manus: quibus additus ille
Et gemitu pectus vexat. ⁊ imbre genas.
Inde manus oculos q; ferens ad ſidera coeli
Sic inquit. gemitu praepediente ſonum.
Quem coluere patres abrahā q; iſaac q; ⁊ iacob:
Sancte deus: qui audis omnia. quiq; vides.
Scis vt mente tibi ſim corde q; deditus omni.
Et mihi qua vires ſunt: tua iuſſa ſequar.
Te rogo: quādo nequit vis hoc humana mereri:
Quod veneror: dignum te q;. pium q; putes.
Et mihi da caram fecunda cōiuge prolem.
Atq; pium liceat nomen habere patris.
Nec tam prole ſuper moueor. moueor licet illa
Multum: fas ſit. ⁊ haud improba verba precer:
Quam mihi ne cultus q; tuus ſoluēda q; dona
Obſint. atq; pie te coluiſſe vetet.
Vtq; licere ſciam: tu quouis munere firma.
Aut prole. aut alio. ſed rogo prole magis.
Sic ait: aſt illi coeleſti miſſus ab arce
Nuncius aſſiſtit talia verba ferens:
Parce deum lachrimis inceſſere. parce querelis.
Audiris. iubet haec me tibi ferre deus.
Vade domū. dabitur tibi: quod petis. āna tumētes
Prole feret gaudens vxor amata ſinus.
Haec erit: vt dicas: eſt tanti cuncta tuliſſe.
Tam clarum populis proferet illa decus.
Dixit. ⁊ in tenues ſublatus protinus auras:
Fulminis vt rapidi ſtridula flāma fugit.
Ille ſtupens facie q; in terram pronus adorans

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Voce deo grates fert duplici ꝗ manu.
Luna ſed interea quinos cōpleuerat orbes:
Neſcia cōiugij dum foret āna ſui:
Seu viuat ioachim. Seu morti ceſſerit atrae.
Vt quoꝗ mos trepidis: peſſima quaeꝗ timet.
Aduenit. et moeſtam ſolatur nūcius idem.
Et pauidam mentem ſpe meliore fouet.
Inde domum laetus ioachim redit: omnia conſtāt
Pollicitis. nono menſe fit āna parens.
Non animis. nō voce puto leue claudere cuiꝗ̄.
Quis fuit his recti. quis pietatis amor
Qua meruere ſacri virtute fide ꝗ parentes:
Vota ferāt tātis vt cumulata bonis.
Grandis enim meriti coeleſtes cernere vultus.
Cernitur. et gabriel proximꝰ aſſtat eis.
Grande ꝗ iā veteris ſolatia ſumere luctus.
Attulit e coelo nūcius almus opem.
Grāde ratas precibꝰ naturae vertere leges.
Verterunt: ſterilis fit modo laeta parens.
Et magnū feciſſe deo non irrita vota.
Vincit at illorum ſpem ꝗ preces ꝗ deus.
Quid tātā prolem? quādo haec eſt omnia ſupra.
Maior et humanis nobilior ꝗ bonis.
Sed tamen accipiunt. et quū contingere votis
Coetera nō ſperent: hoc neꝗ poſſe putēt.
Naſcitur ergo. ſacris ꝗ ſalutat fletibus orbem:
Quae mundi lachrimas tollere prima venit.
Virgo matris terraeꝗ decus. decꝰ aetheris alti.
Naſcitur. et roſeo percipit ore diem.
O dulcis pietas. o gaudia. quis fuit illic
Plaudendi trepidis laeticiae ve modus?
O ſi ſancta ſcias mater: ſolatia mundo

Quae dabit haec? oculis quã manibꝰ qȝ tenes.
Vt qȝ ſit haec quondã ſũmũ paritura tonãtem
Et mortale deo compoſitura genus
Laeticiae tantae ſatis vna ne pectora credis?
Tot qȝ tuo poterunt gaudia corde premi?
Vt ſine ſpe mater fias. natae quoqȝ mater:
Cui matris decus ꝛ virginis adſit honor.
Quodqȝ ſit his maius: natae: quae feta ſupno
Flatu: hominẽ ſimul ꝛ ſit genitura deum.
Salue ſancta parens: ꝛ tu nata inclita ſalue.
Quas caro. qs pietas: has quoqȝ iungat honor.
Natã mater amas. ꝛ natae mater amaris.
Laus capit vna duas: vt tenet vnꝰ amor.
Bis tamen ãna potens hoc partu. bis qȝ beata
Es prolis titulis nobilis atqȝ tuis.
Conſpicuos praeſtãt alios benefacta parẽtum.
Tu contra natae nobilitate nites.
Magna quidem meritis qȝ tuis pietate fide qȝ
Quis neget? at nata haec ſplẽdidiora facit.
Acceptum qȝ refert munus tibi maximus orbis
Hãc: poſt dona dei cui bona cuncta refert.
Heſter qđ populum ſcelerati fraudibus aman
Eruit. ꝛ regis mitior ira fuit.
Judith ꝛ hebraeis ferrũ flãmas qȝ minãtem
Hoſtem tartareas fecit adire domos.
Laudibꝰ ꝛ canitur iudith ꝛ laudibꝰ heſter
Semper. ꝛ aeternũ nomina clara tenent
Et tamen exiguos perituris addidit ãnos
Vtraqȝ. ꝛ haec meriti ſũma duabꝰ erat:
Ne vitae nec opum fieret ferus arbiter hoſtis.
Neu natus ferat. aut vxor amata iugum
Magna quidẽ, fragilis ſed vitae munera: quae qȝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Sint qui habeãnt: ſint qui nõ habuiſſe petãt.
Quanto tu maior. quanto felicior anna:
Quae das: quo mulier plus nihil vlla tulit:
Natã quae coelo dominũ deduxit aperto:
Rurſus ⁊ ad coelos hinc patefecit iter.
Natã quae qꝫ dei qꝫ hominũ cõmercia prima
Reddidit. ⁊ pacis ianua prima fuit.
Quae non hoſtiles clades. non barbara ferri
Vincula. nec quantũ flãma fames ve queũt
Non quantũ mare terra queũt aether ve minari:
Coniurent licet. ⁊ perdere cuncta velint.
Sed quae repulerat veterem cũctos qꝫ ꝑmente m
Iram: quam meruit per genus omne parens.
Diras quae nobis terras dedit. aethera clauſit
Prorſus. ⁊ abrupit foedera cuncta dei.
Quam ſequitur: quicquid coelo terra qꝫ timem⁹:
Et labor ⁊ dolor et mors fera dente minax:
Hanc vicit tua nata parens. ſaeuũ qꝫ leonem
Vertit. ⁊ hunc agnũ praeſtitit eſſe dei.
Et dominũ ſũmis in ſe detraxit ab aſtris.
Parcere culpae hominũ factũ hoiem qꝫ docet.
Tu felix igitur ⁊ tanta prole beata
Anna precor noſtras ſume benigna preces
Quod potes atqꝫ facis. natã tu mater adhortãs
Vota ſimul iunctae reddite noſtra deo
Non erit: vt quiſq̄ duce te diffidere votis
Debeat: oratu fac modo vota iuues.
Te duce quiſqꝫ ferat rectos ad ſidera vultus:
Nec timeat vanas inualidas qꝫ preces.
Nil tibi nata negat. nil ⁊ negat ille parenti.
Ille colit matrem. te quoqꝫ nata colit.
Ergo voca matrem te. ſe vocet illa parẽtem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Tu qꝫ tuū tibi ius. asserat illa suum.
Jam nihil exposcent mortalia pectora frustra.
Quod qꝫ voles: simul id nata deus qꝫ volēt.
Scilicet haec ita sunt. ⁊ non decepta rogantum
Spes facit: vt precibus te lachrimis qꝫ petāt.
Te cuncti fugiunt morbi pallor qꝫ dolor qꝫ.
Noxia quaeqꝫ animo. corpore quaeqꝫ sedent.
Quicquid id est: hoīm quod curas corda qꝫ lassat:
Te fugit: vt ventos nubila pulsa solent.
Quūqꝫ foret laudi nostrae nimis: alta perēnis
Astra tenes superis quod sociata choris.
Quod tua sublimem te misit ad aethera virtus
Mira quidem miris muneribus qꝫ potens.
Vita qꝫ per omnes numeros qꝫ gradus qꝫ probata
Cui laus: quae paucis morte venire solet.
Alloquin superū consors. ⁊ laeta stupendis
Donis. nec solita fertilitate parens.
Quū nimis haec laudi: nūc q̄s te laudib⁹ aequet?
In nos tot meritis quum tibi crescat honor.
Illa quidem sunt sūma: sed haec tua gloria nobis
Gratior. ⁊ miseris blandior iste fauor:
Te positam coelo laetam. ⁊ sine fine tenētem:
Prendere mens hominis quae nequit. os ve loq̄.
Felicem tamē hūc terris aduertere vultum.
In qꝫ bonis tātis nostra videre mala.
Quod qꝫ tuo fletu docta es: succurrere flenti.
Tristibus ⁊ laetā ferre piam qꝫ manū.
Nemo qꝫ quod iustis precib⁹ tua numina pulsans
Sollicitis frustra vocibus orat opem.
Hinc tibi nomē. ⁊ hinc veneratio sacra parentis.
Et qui te sequitur: maxim⁹ orbis amor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Hinc ſpectāda mītes trepido fidūcia mūdo:
Nocte velut tumido fulgida ſtella mari.
Te qꝫ petit ſexus. petit aetas omnis ⁊ ordo.
Te qꝫ gradus omnes diues inops qꝫ petūt.
Lubrica tu firmās fortunae munera praeſtas:
Ne fugiāt noſtros lapſa repente ſinus.
Et bona quae miſer hic vitae ſibi poſtulat vſus:
Aggeris. ⁊ rurſus iā fugitiua refers.
Maternas partu tibi fert mater. tibi caſtas
Caſta memor nata virgine virgo preces.
Praeſidium qꝫ petit curis: quibus aeſtuat imū
Pectus. adhuc qꝫ rudis: corde micante pudor.
Sunt: quos fama procax facta atqꝫ īfecta canēdo
Opprimit. ⁊ populi vox facit vna reos.
Sunt: quos triſtis agit luctꝰ lachrimae qꝫ cadētes
Semper. ⁊ aſſiduis imbribus ōra natāt.
Sunt: quos ſaeuus amor telis furialibus vrget:
Et pedibus victor colla retorta premit:
Poſceris auxilio: tu vulgi cōprimis ora.
Tu luctus releuas. ⁊ tibi cedit amor.
Cedit amor: cedūt vna dolor ira parās qꝫ
Iā laqueos. iā enſes. iā qꝫ venena furor.
Dirus ⁊ in dubiis augur timor attulit ad te.
Nec vacuū ſenſit pondus habere p̄ces.
Seu quē terga premēs ſequit̄ vis hoſtica. ſeu quē
Carceris obſcuri vincula ſaeua tenēt.
Seu gemit. in qꝫ horas ceruicem tradere ferro.
Carnificis qꝫ putat colla ſecanda manu.
Ille fame. hic flāmis vitā dare. rupibꝰ alter
Praecipitis ſcopuli mēbra rotanda timet:
Quid tumido dicam: qui pendet nauita fluctu.
Et iactāt laceram flatus ⁊ vnda ratem?

Quid vaſtis anxit quem ſiluis ira ferarū.
 Praedonū ve furens nō minus ira feris?
Tu cunctis tutamen ades. te praeſide fidūt:
 Quos q; ſuus metus. ⁊ quos alienꝰ agit.
Fida q; nō ſpernis ſuſſpiria mater amātum.
 Grata q; pro caris ſoluere vota iuuat.
Certa loquor. magnis q; mihi compta piclis
 Haec q; reus voti carmina reddo mei.
Nā q; ferox lāguor ſtratis afflixerat aegrū.
 Nō vis. non color. aut corpꝰ vt ante manet.
Victor adeſt morbus. mors ad caput ore cruento
 Horrida terribili concrepat arma manu
Frigore iā febris corpꝰ. iā coxerat aeſtu.
 Aeſtu: quo rapido nō calet aetna magis.
Aeſtu qui vires venas q; reſoluāt omnes.
 Quiq; animo tātus: corpore quātus erat.
Concutiēs ſubito mores mentem q; furore
 Verba q;. iam votum mors quoq; viſa foret.
Illa potens herbis ars. ſacra q; cura medentū
 Ceſſit. ⁊ ingeniū vicerat omne dolor.
Quid faciā? qd ſperē? quē p̄cer? āna parēs haec:
 Vt ſpes vna fuit: ſic erit vna ſalus.
Haec medicum numen ſimul attulit: ilicet aegris
 Artubus ac animo vita vigor q; redit.
Hinc adeo flagrēt quouis mea pectora motu.
 Ardeat ⁊ curis mens animus q; mihi.
Atq; premāt magnae quātūuis fata ruinae:
 Anna vocata mihi dulce leuamen ades.
Tu mihi certa ſalus. in te mea vita recūbit.
 Tu dux. tu portus. tu requies q; mihi.
Te dicent igitur mea carmina. laus tua ſemper
 Viuet. ⁊ inſigni nomen honore ferā.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Quātum voce queam · quātum cōtendere lingua ·
 Quātum animo · quātum flatib9 · ore · cheli:
Laus erit āna tibi · decus ānae · ānā canet orbis ·
 Anna q3 pro ſacro numine nomen erit ·
Poſt q3 deum: cui prima redit laus omnis in aeuū:
 A quo laus decus ⁊ gloria cuncta venit ·
Poſt q3 tuā natam: laus eſt haec ſūma parētis:
 Tercia ſtans triplicem quae facis āna chorū
Laus tua dicetur · tua gloria · tu quoq3 ſemper
 Proxima cum primis iuncta duobus eris ·
Ergo ades · ⁊ perfer ſuſſpiria noſtra tonāti ·
 Vt q3 ferat placidus crimina noſtra: roga ·
Poſce bonā mentē nobis · ⁊ debita menti ·
 Debita nec vicijs corpora foeda ſuis ·
Sint validae vires · ſit opum moderata facultas ·
 Fama q3: quā metuat tāgere liuor edax ·
Si tamē haec proſint · ſi nō: procul omnia ſunto ·
 Et iubeas laxo fundere cuncta ſinu ·
Quod ſatis eſt coelo: ſit vitae · ſe quoq3 mortis
 Nō properāda ferat · nō fugiēda dies ·
Pura q3 velamen quū corporis exuet huius
 Mens: teneat ſūmi ſplēdida templa poli ·
Hoc pater āna velit mūdi fac maxim9 autor ·
 Hoc q3 tuae natae natus ⁊ ipſe velit:
Hoc ſacer amborū velit ardor ſpirit9: vnus
 Viuūt quiq3 triplex ſaecula cuncta deus ·

Finis ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Rodolphi Agricolae.

Mauricio comiti ſpegelbergi epicedion.

Phoebe veni nigra crines vmbrante cupreſſo.
Ne ue manu citharam. ſerta ve fronte geras.
Et tibi dulciſono crepitu ſint carmina longe.
Proferat ex habitu ſe facie qꝫ dolor.
Triſtis ades. comitem te triſtibꝰ aduoco ſacris:
Vatis vt officio funera flenda colas.
Vos quoqꝫ pierides helicomia turba ſorores
Huc ⁊ cũ moeſto iungite fratre gradum.
Vos quoqꝫ ſi fas eſt turbari lumina fletu
Diuum. ſi lachrimas veſter habet qꝫ dolor.
Fama qꝫ non vana eſt: qđ fleuerit orphea mater
Membra vidẽs threſſas ſpargere rapta nurus:
Candida iam manibus cõtundite pectora. iam qꝫ
Tingite purpureas rore cadente genas.
Ille pius vates. ⁊ toto pectore veſter
Mauricius cultor. veſter alumnus obit.
Horrida nec timuit tam clarũ tãgere nomẽ.
Nec vos luctificis mors agitare modis.
Atqꝫ tot ãnoꝝ ſtudio cura qꝫ paratus
Ingenij torrens aureus ille perit.
Aret ⁊ aonijs deductus fontibus amnis.
Fuſa qꝫ germano caſtalis vnda ſolo:
Quam primus noſtris potandam finibꝰ ille
Intulit ignoto pectora fonte rigans.
Non illum probitas. non laus inſignis auorum.
Non tuitus veſtri eſt nominis altus honor.
Cuncta iacent. rapido mors omnia ſubruit ictu.
Et decus ⁊ titulos paucula claudit humus.
Quis veſtram tãto famã iã tollet honore
Gentibus arctois carmina docta ferens?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Eripiet morti quis nomina clara? quis actam
   Poſt vitā tribuet viuere poſſe viris?
Scilicet id metuēs lacheſis fera funere clauſit
   Os: quod functorum vita futura fuit.
Os quod debuerat multis dare ſaecula famae
   Mortis ⁊ anguſto claudere fine manus.
Ergo agite officio tumulū celebrate dolentes
   Cum plāctu lachrimae: cum gemitu qꝫ fluāt.
Sic ego. quum ſubito mortali pulchrior ore
   Voce qꝫ viſa mihi prorſus adeſſe dea.
Calliope puto erat. ſtringebat laurea crinem.
   Vox quoqꝫ: quae ſiluas ſaxa trahat qꝫ: fuit.
Haec ait. o nimium moeſto confuſe dolore
   Dura qꝫ dilecto funere fata gemens
Nil eſt quod mortem culpes vel fata. nec vnquā
   Auſa foret ſacrū tāgere parca caput.
Quin cupit lacheſis ſtamen producere vitae.
   Et noua defectis vellera nere colis.
Quippe memor manes vt quōdā acceſſerit orpheꝰ
   Soluerit ⁊ mortis ferrea clauſtra lyra.
Eurydicen'qꝫ ſuā modulato carmine poſcens
   Ceperit. ah fallens irrita merces iter.
Sic quoqꝫ nunc timuit: mortis ne vincula cātu
   Frāgeret hic cupiens rurſus adire diem.
Fortius ⁊ pro ſe faceret: pro cōiuge fecit
   Quod thrax. nec cupidus flecteret ora retro.
Incipiāt qꝫ homines iā paſſim carmine fata
   Flectere: ſi tātum carmina poſſe ſciāt.
Hic certe faceret. nigris qꝫ emergeret vmbris.
   Sed non vmbrarum ꝑcolit ille domos.
Nec mors hunc rapuit. longis ſed feſſus ab ānis.
   Linquere iā qꝫ diu membra caduca petēs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Deſeruit corpus · vitā quoqꝫ vitā ſecuta
Certior hoc dedit: vt non queat inde mori·
Et cupide repetens cognati gaudia coeli
Hauſerat vnde nouo ſpiritus ore diem
Aſtra pius tenet aſtra· videns temnēs qꝫ ſepulcrū
Peruolat omne: patetqua via laxa poli·
Quātus ad occaſum ſe porrigit orbis ab ortu·
Quāta qꝫ phoebeis orbita feruet equis·
Et quae diſcurrunt magno vaga ſidera mūdo·
Quae rectum peragunt· quae ve retorta ḡdū·
Quod ſpacium terris· nereus q̄b⁹ aeſtuet vndis·
Quaeqꝫ colāt gentes aſpera· plana· mare·
Et mores varios variae cōmercia linguae·
Artes ſiue animos· corpora ſiue iuuent·
Quid valeāt gēmae· q̄d carmīa ſacra· q̄d herbae
Imo quaeqꝫ ſinu terra metalla premit·
Omnia nūc nouit· videt omnia· nec latet illum:
Quicquid habet coelum. tartara q̄cq̄d habēt·
Et gaudens laeta· atqꝫ aeterna ſorte beat⁹
Numina ſūma videt triplicis vſqꝫ dei·
I mortem accuſa nunc· fata qꝫ triſtia defle·
Mortuus hic cui ſit: quis rogo viuus erit?
Tu ne hominem vitā qꝫ putas hoc corpore cludi?
Eſt hō mens· manet haec· vita qꝫ nēpe manet·
Spiritus a ſuperis veſter venit· inde ſolutus
Morte carens abit hinc· ad ſuperos qꝫ redit·
Rettulit ad ſuperos certe hunc pietas qꝫ fides qꝫ:
Ducta qꝫ legitimis vita peracta vijs:
Ergo videns veſtras ridet damnat qꝫ querelas·
Mauricius cernens ad quid· ⁊ vnde venit·
Non illum curae· non ſpes dolor ira ve torquent:
Quae miſeris cruciāt pectora veſtra modis·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Liber ⁊ erumpẽs fragili de carcerẽ tandem
  Viuit. adhuc fuerant vita qꝫ mors qꝫ ſimul.
Nunc tantum viuit. procul ⁊ mors aethere mãſit.
  Quod moritur: terrae eſt reddita terra ſuae.
Anne doles: oculis qđ ſit ſublatus. ⁊ illum
  Non cernens etiam luce carere putas?
Certe ſpirat adhuc. non hunc obliuia ſeri
  Temporis a cuncta poſteritate manent.
Spirat ⁊ ingenij laus ſudati qꝫ labores.
  Vis iſtud doceam me ratione loqui?
En age ſume manu: quod cõdidit. ⁊ lege carmẽ:
  Voce ſua loqueris. plus valet illa tua.
Maius ⁊ ingenio. ſimul huiꝰ es ore diſertus.
  Viuit. nempe dat hic: qđ potes iſta loqui.
Docta. nec immerito. vigilata qꝫ carmina ſperẽt
  Perpetuũ nullo fine premente decus.
Dilabuntur opes. vires franguntur. ⁊ ãnis.
  Et morbo formae gratia carpta perit.
Viribus humanis et quae ſurgunt qꝫ. vigent qꝫ:
  Viribus humanis debilitata ruũt.
Mentibus at vatum deus inſidet. vt caret ille
  Morte: caret vatum ſic quoqꝫ morte labor.
Quid? quod in exemplum virtutum gloria cedet.
  Et poterit nullo tempore fama mori.
Natis quiſqꝫ ſuis vellent monſtraſſe priores
  Talem: quo cuperent teſte probanda ſequi.
Regula talis erit: qua diſcant recta minores.
  Segnes quaqꝫ boni probra decus qꝫ ferant.
Quem memorans olim nato pater. hũc mihi dicet
  Noſſe dedit genitor: quem pater ante ſibi.
Vt ſequerer qꝫ iubens erit hic tibi doctor honeſti
  Inquit. ⁊ hunc ſtudijs exprime queſo bonis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Qui claras annis hauſit iuuenilibus artes
Muſarū cupido pectore ſacra colens.
Quicq̄d et eſt: ſtudijs quod muſas auget ⁊ ornat
Moribus ⁊ mentem quod redimire queat.
Praeſentes qđ ament. qđ poſtera ſaecla loquant̄.
Siue animi. manuū ſiue erat illud opus
Complexus vigili meditatus qꝫ omnia cura eſt:
Sterneret vt laudi nobile promptus iter.
Vt qꝫ ſolent: animos quoꝝ fortuna tumentes
Praegrauat: aurato flumine plena ruens
Non hunc diuitiae. generis non inclitus ordo.
Lubrica non vitae tempora prima mouent:
Ocia pigra ſequi. ſegni ve tabeſcere luxu.
Victa qꝫ delicijs turpibus ora dare.
Sed petit intenta cura meliora. colit qꝫ
Recta: licet dura ſint adeunda via.
Ergo vbi ſacra: quibꝰ ſe prima dicauerat aetas:
Rite colens ſummo ſoluerat illa deo:
Inde vices ſtudijs lucis tribuebat ⁊ vmbrae:
Non ſterilem quenq̄ꝫ paſſus abire diem.
Scripta qꝫ iam veterum tractabat clara virorum:
Quos vetat ingeniū qꝫ eloquium qꝫ mori.
Libera iam numeris. docta iam lege reuincta
Poſt quoqꝫ venturis verba legenda dabat.
Hinc vbi ſe virtus ad res vertebat agendas:
Facta ferens docuit quae facienda forent.
Eſt ⁊ adhortandis quae vis firmiſſima: cūctos
Exemplo: fugiant. quid cupiant ve: monet.
Inqꝫ dies ſeſe certabat vincere: ſemp̄er
Parta nouis augens accumulans qꝫ bonis.
Non fuit hoc animus feruens. āni qꝫ calentes:
Sed mores. vitae perpetuus qꝫ tenor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Sic puer incepit · quãtum eſt coepiſſe minores ?
Fracta qꝫ ſic didicit tempora ferre ſenex ·
Ne ſuprema quidem lux hunc deprendit inertem:
Doctior optabat dum melior qꝫ mori ·
Nec latuit probitas precium titulos qꝫ recepit:
Quos tribuit meritis inclita roma ſuis ·
Sũma datura quidem · ſed ⁊ ẽ laus haec ſua: ſũma
Tollere quum poſſet: parua putare ſatis ·
Hunc age nate ſequens tibi pectore fige tenaci
Ferre gradum cupiens: quo prior ille tulit
Sic olim puero ſenior · ſic ibit ad omnes ·
Per qꝫ manus viuus poſteritatis aget ·
Reddi ergo terris hũc nõ pete · nõ petit ipſe ·
Et tibi ſi detur: ſaeuius hoſte noces ·
Cert⁹ habet coelum: cũpidi quo tendim⁹ omnes ·
Quod nos ſollicitos nocte die qꝫ tenet
Morte doles? magis hoc qđ ſit laetabere felix ·
Felicem gaudes? parcius ergo dole ·
Non amor aut pietas erit hoc: iniuria ſũma eſt:
Illi ſi quum ſint omnia laeta: doles ·
Terge genas igitur · lachrimas ⁊ ſiſte cadẽtes:
Inuidia qꝫ premens deſine fata queri ·
Ille quidem ſaluus manet · aeternũ qꝫ manebit
Et meliore loco · iam melior qꝫ manet ·
Tu tamen humanis indulge ſenſibus · atqꝫ
Laudis ⁊ officij pars tibi nulla vacet ·
Et memori ſemper carum fer pectore nomen ·
Hoc tibi nox referat · hoc referat qꝫ dies ·
Florib⁹ ⁊ tumulũ ſpargas lauro qꝫ corones
Perpetuis qꝫ roſis oſſa precare cubent
Neſcius ac ne quis ſacra calcet buſta viator:
Hoc breue fac carmen ſaxa notata ferãt ·

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Epitaphium.

Ecce ſpegelbergi comes ordine clatus auorū
Mauricius. pollens moribus ore fide:
Embrica praepoſito. quo laeta colonía fratre
Templo petre tuo ſacra colente fuit.
Condidit hic corpꝰ ſtudijs ſenio qꝫ ſolutum
Laus. decus ingenij. gloria. Fama manent.
Pectoribꝰ viuent haec doctis. viuat vt aſtris
Mens ſacra: funde deo: qui legis iſta: preces;

Finis.

Eiuſdem epigrāma

Poſtera quid portet dubium lux. accipē praeſens
Quod datur. ⁊ celeri proſpera carpe manu.
Quod qꝫ feret tempus fer laetus. ⁊ aſpera forti
Mente doma: vitat ſi tibi grata quies.

Aliud eiuſdem.

Optima eſt vitae que formula queritis? haēc eſt.
Mens hilaris faciens quod licet. id qꝫ loquens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

~~Paff~~

V. V. V
2e deel 1e & 2e deel

~~Paffrood~~
Dezelfde caracter
als de Sermones
J. Voragin.
Paff. 1483.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

1483.

Maurits Graaf van Spiegelberg + 1485

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 8